



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. De excessibus seu delictis subditorum in Prælatos, seu superiores suos?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ficali, & sacerdotali, & ab Episcopatu: administratione amoveri *cap. ex literis 10. h. t.* Quintò excedunt graviter, si sacerdotales sibi subiectos cogant ad revelandam pœnitentiam, vel peccatum in confessione auditum. *cap. dilectus 13. h. t.*

§. II.

De quibusdam specialibus excessibus seu delictis Prælatorum Episcopo inferiorum.

In genere dici potest, prohibitum esse inferioribus Prælati, ne violent & turbent jurisdictionem superiorum; & hinc primò sine consensu Episcoporum non possunt inferiores Prælati unire Ecclesias sibi subiectas *c. sicut 8. h. t.* Secundò non possunt cognoscere de causis matrimonialibus; neque possunt pœnitentias publicas, & solemnes imponere, nec possunt indulgentias concedere &c. *juxta cap. accedentibus 12. h. t.* nisi specialiter privilegium, aut concessio, vel præscripta legitimè consuetudo, majorem illis etiam circa hæc facultatem concedant, aut omnimodam & plenissimam jurisdictionem in Clerum suum, & populum habeant Abbates à jurisdictione Episcopi plenissimè exempti, & nullius diocesis.

§. III.

De gravaminibus, quæ Prælati alique Ecclesiastici interdum inferre solent religiosi?

Plura de hac materia legi possunt in *cap. nimis iniqua 16. h. t.* ubi quindecim ejusmodi gravamina enumeran-

tur; & in *cap. nimis prava 17. h. t.* quod duodecim gravamina enumerantur, quæ Minoribus & Prædicatoribus inferuntur; & in *Clementin. frequens 17. h. t.* ubi 30. talia gravamina afferuntur.

§. IV.

De excessibus seu delictis Prælatorum in Prælati, seu inferiorum suis?

Delinquunt in primis in Prælatos suos subditi, si violent interdictionem illis lata, prout constat *ex cap. unum 11. h. t.* Secundò delinquunt, qui cum Clerici subditi sint, Prælatum tamen, seu Episcopum suum, negant esse dominum suum, sive verbo, sive facto id negent, vel ad sæcularem judicem in causa legitimi trahunt, aut consilium præbere adversariis ejusdem contra ipsum. *cap. gravamen 15. h. t.* Tertio delinquunt Clerici subditi privati, & singulares sine consensu superioris communitatis gillum Collegij habent, eoque utuntur. *cap. dilecta 14. h. t.* Quarto delinquunt etiam Vicarij Ecclesiarum, si perjurant Ecclesiasticum sibi usurpent contra eundem & juramentum præstiterint. *cap. 6. h. t.* Quintò prohibetur in titulo Clericis, ne de gravibus criminibus publicè glorientur. *cap. quam 13. h. t.* Sextò denique prohibetur sub gravissimis pœnis in Clericos degradatione, & excommunicationis in Laicos, cuius nefandum, propter quod ira Dei vertitur in filios diffidentie (sive de quorum salute diffidendum est) & quinque crimines igne consumptæ.